

Guerrero, Francisco. Missarum liber secundus . . . Roma, Domenico Basa. [Colophon: Francesco Zanetto]. 1582. RISM G4872.

Title:

MISSARVM
LIBER SECVNDVS
FRANCISCI GVERRERI
IN ALMA ECCLESIA HISPALENSI
PORTIONARII, ET CANTORVM
PRÆFECTI.

[Engraving of the Assumption of the Blessed Virgin Mary]
ROMÆ.

Ex Typographia Dominici Bafæ.
De fantiago delos españolaes de Roma. MDLXXXII.

Dedication:

AVGVSTISSIMAE VIRGINI MARIAE | AETERNI VERBI PARENTI
INCORRVPTAE, | ET HVMANI GENERIS ASSERTRICI | INCOMPARABILI. |
Franciscus Guerrierius cantorum Ecclesiae Ispaleñ. Magister Maiestati eius, ac nomini |
deuotissimus æternam laudem, & honorem. D. |

*DVm meis laboribus mercedem, qua non pereat, & gloriam, qua non in vanis hominum
plausibus, sed in sola pietate posita, quaro, dum etiam atque etiam illiberales opes, in
quibus nec satice, nec salus vlla est, quam facile dilabuntur, confidero, ad te confugio, &
supplex tua munera posco, humani generis mater indulgentissima, in qua spes, & vota
suspirantium iucundissime, ac felicissime conquiescunt. Tu enim mihi instar es omnium
diuitiarum, gratiarumque, ac munerum, qua huius seculi principibus meus anxia nec
sperare quidem potest. Nam si diuitias lucubrationum nostrarum premia poscimus, tu
vna es thesaurus incomparabilis, & immensus, qua mortalibus aurea secula reddidisti. Si
honorem & gloriam quarimus, tu es mater honoris, & honestatis, quæ ad solidam
gloriam viam nobis præteruxisti. Si salutem optamus, tu nobis auctorem vitæ,
fundatorem pacis, & perpetua quietis dedisti. Quid si felicitatem exoptare libeat? te vnam
mortalium, atque immortalium omnium, secundum Deum felicissimam, atque
beatissimam Regina laudauerunt. Si denique ad diuinitatis consortium aspiramus, an
quisquam hominum, aut calitum perinde vt tu, Dei Opt. Max. mater, eo nos deducat? qua
peccati labem incorruptissimo partu absterxisti, & degeneres homines caelestibus bonis
abdicator, & natalibus, & hereditati restituxisti. Hæc tua sint inuitis aduersariis nostris
verissima, atque dignissima laudes, Virgo Sanctissima, quas tibi Angelorum, atque
hominum Hierarchiæ æternum commendare non cessabunt. Quas colibentias
commemoro, quo indignius tractantur à nefariis quibusdam ingenijs ad infamiam tantum
huius sæculi natis, dum solemnes, statasque tibi cærimonia, & a maiorum gentium
Theologis decretis laudes abolere, & dulcissima cantica, quæ tibi in sacris conuentibus
modulate personantur, tollere conantur. Sed frustra perditissimi illi Ecclesia per duelles
turrim David, qua ædificata et cum propugnaculis, ex qua pendent mille clypei, &*

omnis armatura fortium oppugnant. An non viderunt lectu-|lum illum floridum Salomonis à sexaginta validissimis propugnatoribus custodiri? & purissimam Dei vindicis arcam innumerabili-|tus Sanctorum cohortibus cingi? qui eam ab incircumcis illis, et profanis latrunculus tueantur. Ecce enim ex tot Christiano orbe mul-|ti pietate, & doctrina excellentes viri editis luculentis operibus tuam Virgo Sanctissima auctoritatem, dignitatemque per omnes ata-|tes sarciam tectam praefisterunt. Quem admodum autem illi doctissimi viri in suis libris altaria tibi restituerunt, venerabiles imagi-|nes dedicauerunt, templa, sacrasque caerimonias instaur arunt, totum denique ornatum, qui vere Salomonis sponsam, ideo Christi ma-|trem decet, reddiderunt, sic & ego pro mea virili iam inde ab adolescentia ex professo institui solemnia carmina in laudem tui sancti-|fimi nominis decantari in Sacris solita, & sanctorum Patrum, & totius Ecclesia consensu concetas preces, quae Vespertinis praecipue | horis frequentantur, musicis modulis exornare. quod vt olim edito libro praestiti, ita nunc librum alterum Missarum, quas eiusdem mo-|dis in tuum decus decantabit Ecclesia, tibi dedico, non quidem illorum praestantium virorum adaequaturus laudem, certe imitaturus | fidem, & pietatis officium tibi o pientissima mater, praesidium, et dulce decus meum approbaturus. Te ergo quaso purissimis tuis ge-|nibus aduolutus, quae non minoris sapientium fecisti turæ, quam aurum, hæc qualiacumque tui Francisci boni, æquiq. facias, et dulcif-|fimo filio tuo commendes in cuius potissimum gloriam, et laudem hac elaborantur qui dæntus anim considerat, non solum numeris pre-|tium expendit. A quo si mihi longioris vita vsuram, et gratiam liberalem exoraueris, non desinam alijs, atque alijs munusculus & fortasse melioribus mei quamlibet exigui ingenij fatibus tuum Augustissimum, atque Sacratissimum nomen in omnem posteritatem exor-|nare. Tu interim Regina clementissima Franciscum famulum tuum in tuam fidem, & clientelam suscipias. Vale, & salve, in hac lacrymarum valle. Calendis Februarij. Anno. M. D. LXXXII. |

Diuæ Virgini Matri sospitæ. | Franciscus Guerrierius dius gloriæ studiotifissimus, bona fide dedicauit. |

Dedication of Missa Ecce Sacerdos Magnus:

[Engraving of papal escutcheon] | BEATISSIMO PATRI | GREGORIO XIII. | PONT. MAX. |

MISSAE vnus solemnium Ecclesiae ritu canendæ, musicos modos, quos feci, | Pater Beatissime offero Sanctitati Vestrae. Huius autem Missae cantum, alijs | meis eiusdem generis adiunxi, quos beatissimæ semper Virgini Mariae dedi-|catui. Adq. à me ea ratione factum est, vt per exiguum munus, quod per se non | poterat, id certe Dei genetricis, quam Sanctitas Vestra singulari pietate veneratur, patro-|cinio assequeretur, nimirum vt gratum, atq. acceptum esset Sanctitati Vestrae, quam eius-|dem Virginis filius, & Dominus noster diu incolumem conferuet. |

Sanctitatis vestrae | Humillimus seruus | Franciscus Guerrierius. |

Index:

INDEX MISSARUM

SEX VOCVM

Surge propera Amica mea.

QVINQVE VOCVM.

Ecce facerdos magnus

Della batalla efcovtez.

QUATTVOR VOCVM.

Pver qvi natvs est nobis.

Iste fanctvs

Simile est regnvm cælorum

De beata Virgine.

Pro defvnctis.

Vna cvm svo Responforio.

FINIS.

Colophon:

ROMÆ

Apud Franciscum Zanettum.

MDLXXXII.

Contents:

Missa Surge propera Amica mea.

Missa Ecce facerdos magnus

Missa Della batalla efcoutez

Missa Puer qui natus est nobis

Missa Iste fanctus

Missa Simile est regnum cælorum

Missa De beata Virgine.

Missa Pro defunctis

Requiem eternam

Kyrie | Chrifte | Kyrie

In memoria eterna erit iustus, ab auditione mala. Non timebit.

Abfolue domine, animas omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorum.

Domine Iefu Chrifte. Libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, et de profundo lacu...in lucem fanctam quam olim Abrahe promiffiti.

Sanctus

Hei mihi domine, quia peccavi nimis in vita mea, quid faciam miser? ubi fugiam? nisi ad te deus meus, miserere mei dum veneris in nouissimo die. Cum sex vocibus.

Agnus Dei

Lux aeterna Cum quinque vocibus

Requiem aeternam Cum quinque vocibus

Libera me domine Responso.

Structure:

Single volume of 140 folios A³-Z⁴ 280pp. Dedication. Index. Colophon.

Remarks:

Choirbook folio format. Colophon at bottom of Index. I-Td copy has 8 additional folios of 2 manuscript masses, the second dedicated to "All' Ill.mo et M. Re.do G. Can.co Caresana". (Last 2 folios incomplete.) I-Td copy bound in heavy leather with emblem M E S I B surrounding a vase of flowers, enclosed within a diamond-shaped border. Copies consulted: I-Bc (microfilm), Td. RISM G4872.